UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o ij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

Feria quarta poſt exaltatōis
ſancte crucis eſt ieiunium qt-
tuor temporum In matutiñ.
oīa de feria. Scdm marcuz
In illo tempore Reſpō-
dens vnus de turba di
xit Magiſter attuli filiuz me
um ad te habentem ſpiritum
mutum. Et reliqua. Omlia
Factum eſt venera. Bede.
autem in ſequenti die deſcēdē
tibus illis de monte occurrit
illi turba multa. Et ecce vir d
turba exclamauit dicens. ma
giſter obſecro te reſpice in filiū
meum q2 vnicus eſt mihi. loca
rebus congruunt. in mōte do
minus orat. transformat. di-
ſcipulis archana ſue maieſta-
tis aperit. In inferiora deſcē-
dens turbe curſu excipit. mi-
ſerorū fletu pulſatur. Tu autē
Rurſum diſcipulis Lectō ij
myſteria regni reſerat: deorſū
turbis peccata infelicitatis ex-
probrat. Surſum patris vo-
cem his qui ſequi ſe poterant
pandit: deorſum ſpiritus ma-
los ab his qui vexabantur ex
pellit. Qui etiam nunc pro q
litate meritorum alijs aſcēde
re alijs deſcendere nō deſinit.
Tu autem domine Lectō iij.
Nam terrenos adhuc et inſi
pientes quaſi inopes confor-
tat et caſtigat. perfectos autē
quorum conuerſatio in cel' eſt
ſublimius extollendo glorifi-
cat liberius de eternis inſtru-
it ⁊ ſepe ea que a turbis ne au
diri valeant docet. Tu autez.
Ecce dies venient Capl'm.
⁊ comphendet arator meſſo-
rem ⁊ calcator vue mittentem
ſemen et ſtillabūt mōtes dul-
cedinem ⁊ omnes colles culti
erunt. Deo gratias. Super
bened añ de dominica. Pre-
ces minores ad matutias cā-
tum flexis genibus. Similit
ad primam preces dicuntur
flexis genibus cum ps. Miſe
rere mei deus. Collecta.
Miſericordie tue domine re-
medijs queſumus fragilitas
noſtra ſubſiſtat: vt que ſua cō
ditione atteritur tua clemētia
reparetur. Per dominū noſtr.
Suffragia ferialia ad horas
Capl'm et collecta vt in ma-
tutinis ſed preces non dicunt
Cetera de feria. Nota ſi ho-
die vel ſexta feria aut ſabbato
occurrit feſtum nouem lectio-
num tunc ſeruantur due ome
lie. prima de feſto. ſecūda pro
octaua et nouem lectionibus.
Et poſt primuz benedicam9
ſuffragium de feria. hoc ē añ.
de dominica. ℣. Repleti ſu-
mus. Collecta de feria. Ad
veſperas nihil de quattuor tē
poribus. Cōmemoratio autē
ferialis ſanctorum his tribus
diebus nō ſeruatur. Feria. vi.
quattuor tempor. S. lucam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN